

1627  
XX  
10

*Votum,*  
**DIVO FRIDERICO**  
REGI BOHEMORUM  
*devotum,*

Anno, quo  
hilarè IngreDit Vr VratisLaVlaM.

à  
Cliente  
subjectissimæ mancipationis  
JOHANNÈ AB HÖCKELSHOVEN  
Vratislavia-Silesio.

WRATISLAVIA,  
*Typis exscribebat Georgius Bauman.*

4 V. 16.



I.

**F**riederich Koehning in Behemen/undt  
des heiligen Roehmischen Reichs  
Churfurst Pshalzgraaf bei Rhein/ Her-  
zog in Baiern undt Schlessien/ Marggraf  
in Mehren undt Ober undt Nider Laus-  
nitz.

Per effatum Anagrammaticum, non è cali-  
ginosâ Tripodis Apollinaris cavernâ demur-  
muratum, sed in lucidissimo divinæ Triadis di-  
casterio decisum, totq; oppressorum suspiris de-  
sideratum, jam verò liberatorum gratulationibus  
decantatum.

Dieser Held hat durch seine Tugendden  
Sinn / hertzhaftige Mannheit / Koenigreich  
eroobert / ins Reich Frid gebracht / uns gütig  
beschuzt: Darxump auf ihn ihm nemen ire  
ire zuzfluchte alle fromben.

A 2 Frid-

*Faint, illegible text in the left margin.*



80041/10/Göt

## II.

Fridricus quintus divinâ clementiâ coronatus  
Rex Bohemorum, Comes Palatinus Reni, sacri  
Romani Imperii Elector & Archidapifer, Dux  
Bavvariae et Silæsiæ, Marchio Mooraviae et  
Lusatiae utriusque.

*Per ἀνάγραμμα metricum.*

*Non tam ex volatilibus conjecturarum fallacium  
chartis & Sybillæ foliis effictum, quàm ex certissimis  
rerum testimoniis & infallibilibus experientia argu-  
mentis exasciatum.*

**D**ivinæ pacis luces ditissimus Heros,  
Rex Electorum, Fax Seclî, Delicium Orbis,  
Ferratas acies, atratam, i, rumpe cohortem, è  
Tâm rarâ hâc virtute tuâ raroq; virore!  
Annue JOVA! inibi quo divina omnia plenè.

## III.

*Echo pura-puta.*

**F**RIDRICE ICE HOSTES! stes! ACCIPITO, ito, CORONAM  
CORUNAM! NOMEN OMEN HABETO, peto!  
BOJIS JUS, MORAVIS mera vis sis, ANCHORA chara  
SILESIIS læsis, LUSATIIS saties,

DE

## IV.

*DE NOCTE PRÆCEDENTE ET  
die ipso Regii Vratislaviam ingressus, admodum tur-  
bido, ventoso & nivoso, cum tamen, divino quodam  
presagio, præter omnium opinionem, Rege ingre-  
diente, Solares promicarent radii.*

**A**Dventum, FRIDERICE, tuû dum clara Budorgis  
Atq; oculo vigili Slesia tota sitit,  
Prævia Nox, quin imò dies anteambulò fausti  
Ingressus, ructat, nubila, flabra, nives:  
At postquàm mediis te infers, Rex Inclute, portis,  
Illicò diffugiunt nubila, flabra, nives,  
Ipsemet è medio rutilans Sol aureus axe,  
Tristia discussat nubila, flabra, nives:  
Diûm est, & præeunt q; nubila, flabra nivesq; &  
Diûm est, quod fugiunt, nubila, flabra, nives:  
Cum FRIDERICUS abest, sunt nubila, flabra, nivesq;  
Cum sed adest, fugiunt nubila, flabra, nives:  
Sic prius ac nostris terris te indulsit Olympus,  
Spirarunt belli nubila, flabra, nives:  
At postquàm nostris terris te indulsit Olympus,  
Celsabunt belli nubila, flabra, nives:  
Nubila, flabra, nives terræ ergo facessite! Regem  
hunc  
Cum timeant celi nubila, flabra, nives,

A 3

Pyr-

V.

*Pyrrichium, sive Meribreve prorsus efecatum,  
etiam quod ad syllabam ultimam.*

**G**ladius ubi ferit, ubi Dea Polemica fremit,  
Stygiaq; Furia stygia mala vomit,  
Flagrat ubi Boius, ubi Moravus ager, & ubi  
Furit inopia, ubi fera secat Atropos,  
Lusatia trepidat ubi, patria Slesia tremet,  
Propius & utraq; metuit ea malum,  
Fluit ubi juvenum & ubi lachruma misera senū,  
Perit ubi hominibus & anima & animus:  
Gladius ibi tuus, ibi tua polemica micat,  
Bavare, fugat ibi Stygia mala, Manus:  
Boius ibi viret & ibi quoq; Moravus ager,  
Fugit inopia ibi, fera ruit Atropos:  
Novus amicit ibi sata Slesica vigor, & item  
Novus amicit ibi Lusatia sata vigor:  
Ibi senecio ovat, ibi juvenis hilaris ovat,  
Redit ibi hominibus & anima & animus.  
Oigitur, Anima, o Anime Bavare, vige! hominū  
Vigeat ut Anima, vigeat ut animus:  
Tuus animus enim & anima tua theica modò  
Redanimat inanimem & animum & animā.  
Quan-

VI.

**Q**uando Palatino Bojum, FRIDERICE, LEONEM  
CELESTIS cernit te sociare LEO:  
Ultrò de celsi descendit culmine celi,  
BINIS seq; jugat TERTIUS iste LEO,  
Excubat & pro te, pro TERRESTRIq; LEONE,  
Ac hostem FORTI territat UNGVE tuum.  
TERRESTREM & forsā quis quamvis audeat: at quis  
Ausit, CELESTIS, te violare, LEO?

VII.

**C**arpe, ut cepisti, Bojam, FRIDERICE, Coronam!  
Regalem felix, o bone, scande thronum!  
ANGELVS hinc tecum, tecum illhinc militat AN-  
GLVS,  
Ergo tibi invictus ANGVLVS ecquis erit?

VIII.

**U**sq; huc CÆSAREO, DIVE o FRIDERICE, PALA-  
AVREA te julsit ponere BVLLA DAPES, (TO  
LIBERA, CÆSAREI, Bojorum ELECTIO, sed nunc  
DISPENSATOREM te facit esse SCYPHI.  
Quam benè! conveniunt pulchrè potusq; cibusq;  
Et quæ BACCHI exfors est inamæna CERES:  
Hinc lubitum IOVÆ decernere, ut VNVS ET IDEM  
Et NECTAR simul & præbeat AMBROSIAM.

Judi-

**IX.**

Judicium Paridis, his hic sileatq; DEARVM /  
 Nam sunt concordēs, IVNO, MINERVA, VENVS:  
 Ecce e tenim, FRIDERICE, tibi, fortissime, gazas  
 Cert atim confert, IVNO, MINERVA, VENVS:  
 IVNO dat SCEPTVM, PALLAS MENTEMq; MA-  
 NVMq;,  
 Non HELENAM, aut ANGLAM, imo ANGELAM  
 amica VENVS:  
 Quid supereſt? ERIDIS nitidum SORS blandula PO-  
 MVM  
 Addet, parva mora eſt: Scis quid id? ORBIS id eſt.

**X.**

NON AMBIS REGNVM, FRIDERICE, AMBIRIS  
 ab illo:  
 AMBITIO ipſa nec eſt AMBITIOſA tibi.

**XI.**

AD SERENISSIMAM REGINAM  
 DIVAM ELISABETHAM ANGLICAM.  
 ELYSIORVM ſis, PRINCEPS & ANGLICA, PRIN-  
 CEPS,  
 ANGELICÆ frontis cuncta nitore replens:  
 Et quænam melior methodus, quis pulchrior ordo,  
 Quam ANGELA ut in CAMPIS imperet ELYſIIS?

**XII.**

AD EANDEM  
 S Temmate Regina, Officio Regina, Marito  
 Regina, & Regina eſt quoq; Prole ſuâ:

Ce.

Cedite Reginae vos noſtræ cedite! in uno  
 Cum tot Reginas corpore contineat.

**XIII.**

AD RHENUM.

FLuminibus reliquis regale, RHENE, eripe ſceptrum!  
 REGIA REGALES nam decet VNDA manus.

**XIV.**

DE DIVO FRIDERICO REGE,  
 DIVA ELISABETHA REGINA,  
 ET EORVM PROLE REGIA.

Non fruſtra TOTO DIVISOS ORBE BRITANNOS  
 Augurio dixiſti, Magne Poëta, tuo:  
 Nunc verat, toti nunc innoteſcit & orbi,  
 Fatidicamq; fidem monſtrat ineſſe tibi:  
 Namq; PALATINO, prognatos atq; BRITANNA,  
 Fortiter imperiis accumulare ſuis  
 INDIVISVM ORBEM, DIVISOS ORBE BRITAN-  
 NOS,  
 Et Phæbi & Phæbes flamma videbit anus.

**XV.**

AD BOHEMOS, MORAVOS, SI-  
 leſios, Luſatios, De Divo novo Rege.

AVratis aliſ nunc aurea vertitur ætas,  
 Celeſtes redeunt, fideſ, }  
 BOHEME, }  
 MORAVE, } dies!  
 SILESE, }  
 LVSATE, }

Sunt

Sunt PROCERES STELLÆ, SOL REX, REGINAq;  
 Et cur non celum terra } BOHEMA } (LVNA,  
                                   } MORAVA } foret?  
                                   } SILESA }  
                                   } LVSATA }

XVI.  
 DE ELECTIONE  
 SERENISSIMI DN. REGIS,  
 facta Mense Augusto,  
 quæ,  
 mystico quodam augurio,  
 cum ejusdem  
 NATIVITATE,  
 eodem mense facta  
 concordat.

*N*asceris AUGUSTO, Rex AUGUSTISSIME, mense,  
 Et Rex AUGUSTO Mense quoq; eligeris:  
*N*asceris AUGUSTO AUGUSTUS de stemmate Dux sis:  
 AUGUSTI Rex AUGUSTIOR Imperii:  
*C*uncta tibi AUGUSTO sunt AUGUSTISSIMA, certant.  
 AUGUSTA AUGUSTIS ANGHRIA ANGHRIIS,  
 Nil nisi nomen abest AUGUSTI, quod tibi dudum  
 Divo divinum destinat AUGURIUM:  
 Ergo abeant cuncti Menses, procul bineq; facebant!  
 Annuus post alio nomine totus eat!  
 IANÆ, hinc, FEBRUÆ, MARTIÆ, APRILIS & appage MAJE!  
 Tu JUNI, JULI, SEPTIME mensis ut &!  
 OCTOBERI, tuq; NOVEMBER, tuq; DECEMBER!  
 Sig; alio Mensis nomine nomen habes!  
 AUGUSTO AUGUSTUS nostro sub Principe Mensis,  
 Solus Mensis erit totus & Annus erit.

AD

XVII:  
 Ad Serenissimam ELISAM, Natam AN-  
 GLIÆ, coronatam BOHEMIÆ Reginam, cum  
 suprema ELYSIÆ Princeps de-  
 clararetur.

*D*ugendhafte Heldin/Meisterstück der Natur/  
 In ENGLAND geboren/recht ENGLische figur/  
 Umbsonst hat nicht gegeben die Herrscherin der zeit/  
 Euch in all ewrem Leben so groß Glückseligkeit/  
 Mit welcher ihr Triumphiret über der Göttin macht/  
 Trost Palladis, Junonis vnd auch Veneris Pracht:  
 Sondern der löblich Conses im Olympischen Rath/  
 Vnd sein großmächtig Prales, schon lengst decretirt hat/  
 Das ewr Göttliche Schöne/ an keinem andern Ort/  
 An keinem andern Lande solt lenden ans Lebens Port/  
 Denn weil gewiß dieselbe ja nur solt ENGLISCH sein/  
 Solt sein kein Land ewr Vaterland den ENGLand allein/  
 Auch weil ihr so glücklich/in dem ENGLISCHEN Reich/  
 Mit Tugend/Kunst vnd Schöne/gebörn den ENGeln gleich/  
 So solte auch ein ENGLISCH odr EYSEICH Nam/  
 Als nemlichen EYSAE ziern ewern hohen Stamm:  
 Ja über diß durch hohen vnerforschlichen Rath/  
 Das würdig Collegium der Götter gordnet hat/  
 Das zur Fürstin solt werden im Land EYSA/  
 Ihr EYSEICH ENGEL vnd ENGLISCH Elisa:  
 Drum wer wolt nicht empfinden in seinem Herz bereit/  
 Ein EYSEICH wonne vnd recht/ENGLische freude/  
 Weil da ist vnser Fürstin/ja Göttin selbst gesambe/  
 ENGLISCH gstambe/EYSA bnambe/ EYSEICH  
 beambe?



Böhmen, Friedrich König von,  
hatt feierl. Einzug in Breslau  
1620. Febr. 23.

VATICINIUM MELISSEUM  
Cygnæa voce

*Ad rupes, quondam, ac præcella cacumina Montis*  
REGIA cui nomen nobile SELLA dedit,  
MYRTILETI DECANTATUM:

Nunc verò pro temporum ratione, & statu  
Regni Bohemiæ, vicinarumq; Regionum  
& Provinciarum, cum acclama-  
tione votivâ,

SERENISSIMO AC POTENTIS-  
SIMO PRINCIPI AC  
DOMINO, DN.

FRIDERICO  
REGI BOHEMIÆ, COMI-  
TI PALATINO AD RHENUM,  
& Electori, Duci Bojorum, Marchi-  
oni Moraviæ, Duci Silesiæ &  
Lucemburgiæ, Marchio-  
ni Lusatiæ, &c.

*Cum ad Principes & Status SILESIAE, Homagii à*  
*subditis acceptandi ergò BRESLAM, Silesiorum*  
*Metropolin, die 23. Mensis Febr. Anno*  
*MDCXX. ingrederetur:*

Felicis ominis ergò repetitum, de-  
dicatum, consecratum, à

JOHANNELANGIO  
LIGIO-SILESIO.

ANNO

Venit prosperiter bene  
FRIDERICE REX BOHEMIÆ.

1620

1620